Ioh. Olearii Bibl. Erklårungen.
Ioh. Adam. Oſiandri Commentarii.
Ex Pontificiis *Cornel. a Lapide*, *Wilhelmus Eſtius*, *Ioh. Stephanus Menochius*, *Tirinus*, *Emanuel Sa*, *Ioh. Gagnæus*, *Alphonſus Toſtatus*, & *Nicol. Lyranus* in univerſa Biblia ſunt commentati.
Ex Reform. *Ioh. Piſcator*, *Conrad. Pellicanus*: Extant quoque *Annotationes Theologicæ Belgarum*: Ex Arminianis *Grotii.*

CONSILIVM EXEGETICVM.

Dividenda ſunt ingenia in tres Claſſes. Nam univerſale pro omnibus conſilium non datur. Tres claſſes iſtas oſtendit Chriſtus in Parabola apud Matth. Cap XXV.

I. Claſſis X. Talentorum, in qua dantur ingenia rariſſima, quæ apta ſunt ad quævis difficillima.
II. Claſſis V. Talentorum, cujus ingenia diſcant neceſſaria & utilia.
III. Claſſis unius Talenti, cujus ingenia diſcant, quæ indiſpenſabiliter neceſſaria ſunt.

Ingenium unius Talenti habeat has Regulas:

Reg. I.

Summa induſtria ſeſe adſtringat ad analogiam fidei